Anonymus Ravennas

RAVENNATIS ANONYMI COSMOGRAPHIA

ET

GVIDONIS GEOGRAPHICA.

EX LIBRIS MANV SCRIPTIS

EDIDERVNT

Moritz Gustav

M. PINDER ET G. PARTHEY.

ACCEDIT TABVLA.

BEROLINI
IN AEDIBVS FRIDERICI NICOLAI
(G. PARTHEY)
1860.

MAVRICIO HAVPT

D. D. D.

EDITORES

PRAEFATIO.

Ravennatis anonymi cosmographia, septimo ut videtur post Christum natum saeculo conscripta, primum vulgata est Parisiis anno 1688 a Placido Porcherone, qui non solum codicem regium typis mandandum curavit, sed etiam de libri explicatione optime meritus est. iterum edidit Iacobus Gronovius ad calcem Melae a. 1696, et paucis emendatis tertium Abrahamus Gronovius a. 1722.

Ex hoc tempore rerum geographicarum cognitio, mirum in modum aucta, eruditorum animos in diu neglectum Ravennatem saepius convertit. quam ob rem, rarescentibus etiam priorum editionum exemplaribus, novam editionem haud ingratam fore geographiae studiosis censuimus.

In qua conficienda auxilio nobis fuerunt

A codex Vaticanus, Urbinas 961, saeculi XIII, membranaceus, foliis latis pollices Rhen. 6, lineas 7, altis pollices 9, lineas 6. paginae sunt bipertitae, versuum 29; columnarum latitudo est pollicum 4 et linearum 2, altitudo pollicum 6. inscribitur „In hoc corpore continetur chosmographya et romanorum ystoria.“ insunt praeter Ravennatem nonnulla Eutropii, Pauli Diaconi, aliorum; series pontificum Romanorum etc.

Huius codicis varias lectiones in viginti duabus paginis conscriptas tertio Geographorum volumini inseruit Ioannes Hudso. denuo cum editione Iacobi Gronovii accurate contulit Henricus Brunn anno 1850; cuius collationis usum nobis praebuit Mauricius Haupt. dubitationes, quae restabant, anno 1854 Romae degentes ipsi inspecto codice solvimus.

Is codex nitide scriptus et optime servatus compendia nonnulla litterarum habet; in orthographia sibi non constat: exhibet enim affrica et africa, egiptus et egyptus, paradisus et paradysus, litus et littus, adscribitur et ascribitur, alia huiusmodi.

B codex Parisinus, bibliothecae imp. 4794, saeculi XIII vel XIV, membranaceus, foliis latis pollices Rhen. 7 et lineas 6, altis pollices 11; paginae sunt bipertitae, versuum 38; columnarum latitudo est pollicum 2 et linearum 6, altitudo pollicum 8 et linearum 2. codex eleganter quidem scriptus sed compendiis litterarum minus perspicuis, quippe non sibi constantibus refertus. eum librum, quem Porchero typis expressit, ut Berolinum missum ipsi denuo excutere possemus Georgius Pertz benevole effecit.

C codex Basiliensis F. V. 6, chartaceus, saeculi XIV et XV. constat foliis 137, latis pollices Rhen. 7 et lineas 10, altis pollices 10 et lineas 8.

In primo folio legitur „Titulus, Tulii plures libri cum aliis, notatus CLXIII. Liber domus Vallis beate Margarete ordinis Cartusianorum in Basilea minori datus eidem per venerabilis memorie Magistrum Henricum Amiot“ (vel Amici) „in Medicinis Doctorem etc.“

Continet triginta duo tractatus varii argumenti, variis temporibus, diversa in charta

diversis a manibus conscriptos; veluti insunt Ciceronis Cato maior, somnium Scipionis, orationes nonnullae — scripta aliquot Francisci Petrarchae et Nicolai de Clemangis — Hildegardis prophetie — Leonardi Iustiniani Veneti viri patricii Oratio habita in funere Karoli Zeni a. 1418, alia.

Harum partium vicesima septima, saec. XIV vel XV, inscribitur „Cosmographia ligydiote geniti in civitate Ravenna“. cf. Haenel catal. p. 534 b. „ligydiotae“ nomen corruptum esse ex vocabulis „licet idiota“ (IV, 31. p. 258, 3. 4) monuit Maria Armandus Paschalis d'Avezac, cuius benignitati notitiam huius codicis debemus. continet libros tertium, quartum, quintum auctiores quam in *AB* leguntur. hunc codicem in usum nostrum accuratissime excussit Carolus Ludovicus Roth, professor Basiliensis.

Praeter tres quos modo recensuimus codices nullum Ravennatis librum genuinum invenire nobis contigit. vestigium tamen habuimus quarti codicis. legimus enim in regiae Monacensis bibliothecae catalogo librorum manu scriptorum hoc in margine additum manu Ioannis Andreae Schmelleri

„Eine HS des Geographus Ravennas nach H. Herrberger und Zeuss verkäuflich von Seiten eines Grafen Luigi de Angelis in Ferrara (Aug. 1838)“. sed neque huius notitiae auctoribus interrogatis, neque litteris de hac re Ferrariam missis quidquam profecimus.

Paucis dicendum est de codice Leidensi ab Abrahamo Gronovio anno 1722 in auxilium vocato. huius codicis inspiciendi copia nobis facta est benignitate Georgii Pertz. inscriptus est „Ex Bibliotheca Viri Illustr. Isaaci Vossii 208.“ est chartaceus, foliorum 76, a recenti manu saeculo XVII satis nitide conscriptus. quem cum primum excutere incepimus, nonnihil proprium ei inesse censuimus, procedente autem labore cognovimus eum codicis *B* esse apographum. quod cum multis locis auctius esset editione Porcheroniana, non mirum est Gronovium ideo in errorem inductum, codicem a Parisino diversum tractare sibi visum esse. lacunae enim in Porcheronis editione obviae in codice Parisino non extant, sed incuriae Porcheronis imputandae sunt; quae autem in codice Parisino re vera omittuntur, ea omnia in Leidensi quoque apographo desunt, v. g. p. 347

v. 16 sq. „Caesarea usque ad civitatem quae dicitur"; contra p. 330 v. 7 cum codice Parisino apographum Leidense male repetit „Sileon Sileon" etc. ceterum apographum Leidense foedissimis scatet vitiis, ex librarii inscitia ortis, v. g. pro Christo (sigla expresso) habet exemplo, pro intransmeabilis habet in terras meabilis, pro Tingitanae habet dignitate, etc.

Quod denique attinet ad codicem Havniensem no. 358. 4to, eum ex editione Gronoviana anni 1696 accurate exscriptum esse cognovimus ex specimine, quod L. Muelleri benevolentiae debemus.

Haec de Ravennati. ei adiunximus Guidonis librum, quem nunc primum in lucem edimus. hunc multo ampliorem et antiquiorem Ravennati credidit Theodorus Oehler (Rhein. Mus. für Philologie, 1842 p. 314), nos autem Guidonem et deteriorem et recentiorem esse Ravennati existimamus.

Guidonis complures extant codices, in catalogis partim Ravennatis nomen prae se ferentes. quorum celeberrimus est

b codex Bruxellensis 3899—3918, de quo

conferantur *Pertz* Archiv der Geschichte, 1839, t. VII p. 537—540. *Bock* lettre à Mr. Bethmann sur un manuscrit de la bibliothèque de Bourgogne, in Annuaire de la bibliothèque royale de Belgique, 1851. *Reiffenberg* in Bulletin de l'académie royale de Belgique 1843, t. X, 1 p. 468; X, 2 p. 75; 1844. t. XI, 1 p. 15. et Annuaire de la bibliothèque royale de Bruxelles 1844. p. 99.

Est membranaceus, saeculi ut videtur XIII, continet praeter alia multa Guidonis geographica p. 449—556 editionis nostrae. hunc codicem in usum nostrum excusserunt Wilhelmus Bethmann et Valentinus Rose, diagrapham accuratissimam inde a pag. 504 12—546 23 confici curavit Florianus Frocheur.

f codex Florentinus Riccardianus 881, membranaceus, forma quadrata, foliorum 166, latorum pollices Rhen. 7, altorum pollices 9, versuum 35 vel 36; saeculo XIII exeunte vel XIV ineunte nitide quidem sed compendiosius scriptus, multis picturis ornatus. continet praeter alia geographica paginas Guidonis 449—504 11 et

547—556. eius apographum debemus amicitiae Wilhelmi Bethmanni.

m codex Mediolanensis Ambrosianus R 104 sup. folio. est chartaceus, saeculi XVI. continet opuscula nonnulla partim latino, partim italico sermone conscripta. Guidonis liber ita incipit „Sumpta ex libris Cosmographye Guidonis Rauennatis. Incipiunt feliciter, et primo prologus. Cum inter homines" etc. continet paginas 449—501 4. hunc codicem ab humanitate Vincentii Catenae nobis concessum anno 1854 Mediolani degentes ipsi excussimus.

r codex Romanus Sessorianus 286 (olim 346) in bibliotheca monasterii Sanctae Crucis Hierosolymitanae asservatus. est chartaceus, saeculi XV, nitide scriptus; foliorum latitudo est pollicum Rhen. 5 et linearum 4, altitudo pollicum 7 et linearum 5. continet praeter opuscula varii argumenti Guidonem inde a pagina 449—501 4. huius codicis copiam nobis fecit benignitas Gregorii Bartolini cum a. 1854 Romae commoraremur.

v codex Vindobonensis Caesareus CCCXXXIII, Endlicheri n. 3190; olim Iani Parrhasii. est chartaceus, saeculo XV paullo neglígentius exaratus. continet Guidonis particulam inde a pagina 547 1 — 556 6, a nobis a. 1854 descriptam.

Alia Guidonis particula (p. 494 v. 15 — 504 v. 11) legitur in libro de Roma prisca et nova e Iacobo Mazochio edito Romae a. 1523 4to.

De Guidonis codicibus notandum est, Bruxellensem *b* plerumque consentire cum Florentino *f*, et Mediolanensem *m* cum Romano *r*, ita tamen ut Mediolanensis non sit ex Romano descriptus: habet enim Mediolanensis p. 453 v. 11. 12 verba „inter Carantanos et Italiam“ et p. 466 v. 12 „Moles“ a Romano omissa.

His tam Ravennatis quam Guidonis codicibus ita usi sumus, ut nunquam nisi monito lectore ab eorum auctoritate recesserimus. ea igitur, quae in editione nostra leguntur, cum omnibus codicibus consentiunt quorum discrepantia non annotatur. veluti pag. 300 v. 18 legitur „quidam“, annotatur

„unus *BC* editi"; eo declaratur, lectionem „quidam" auctoritate codicis *A* niti. p. 224 v. 14 legitur „Tarneum", annotatur „tharneum *AC*", quo colligitur, codicem *B* et libros editos exhibere „Tarneum". p. 384 v. 2 legitur „ipsius", annotatur „ipsa *AB* editi", quo declaratur, codicem *C* exhibere „ipsius". p. 142 v. 5 legitur „Carpas", annotatur „carnas *ABC*"; eo indicatur, lectionem „Carpas" ex coniectura esse positam. p. 337 v. 11 legitur „Ad Solaria", annotatur „Ad Solaria *etiam 269 14 et G*, ad solarium *AB*"; eo declaratur, in *C* legi „Ad Solaria". nonnullas tamen codicum lectiones, velut „phylosophi, asya" etc. non ubique annotavimus. meliores formas, alio auctoris nostri loco servatas, hic illic revocavimus. ae et e variant in codicibus; quod ubicunque nullius momenti est ex notis nostris expunximus.

Ravennatis cosmographiam Porchero in libros et capita, Guidonem nos in capita divisimus.

Mirabuntur fortasse qui classico sermoni assueti sunt, barbaras formas e codicibus revocatas esse: sed maluimus codices sequi quam vel librarios vel auctorem corrigere,

et coniecturis indulgere, quae ultro cuivis sese offerunt.

Ravennatis librum non ex Guidone excerptum esse, multis atque manifestis indiciis patet. Ravennas enim totius orbis descriptionem nobis proponit: quattuor prioribus libris Asiam, Africam, Europam copiose tractat, libro quinto periplum maris magni i. e. mediterranei accuratum exhibet, amplum denique insularum recensum addit. Guido autem nonnisi Italiae, Siciliae, Sardiniae, Corsicae adumbrationem, ex Ravennati, Solino, Paulo Diacono sumptam ac male digestam praebet, cui periplus maris interni et brevis notitia de finibus Asiae, Africae, Europae subiunguntur. quae in initio operis p. 452 v. 1 haud opportune leguntur „Quodsi studiosus lector" etc., ea fere ad verbum in descriptione maris p. 504 v. 14 repetuntur. in initio quidem libri verba illa „quamquam eas iam in propriis patrias nominaverim" sensu carent, apud Ravennatem autem suo loco posita sunt p. 325 v. 9. 10.

Sanctorum et martyrum mentionem, urbium nominibus hic illic a Guidone additam,

negligentiae vel inscitiae documenta continere manifestum est. velut legitur p. 492 v. 8 „Trecas, in qua vir domini beatus confessor et pontifex Lupus requiescit.“ Lupus enim episcopus fuit Trecarum sive Augustobonae Galliae, hodie Troyes, non Trecarum Italiae, hodie Trevi.

Aliud Guidonis sphalma reperitur p. 477 v. 11 12, ubi legitur „Iulia Chisopolis quae et Parma seu vexillum dicitur“, in Ravennati p. 272 v. 2—4 „Iulia Chrisopolis quae dicitur Parma, Becillum.“

Ante Casulinum p. 481 v. 16 Guido perperam inseruit „Cassinum in quo est monasterium celeberrimum sancti Benedicti“ etc. sed monasterium illud non situm est prope Capuam, sed prope Aquinum, latetque eius nomen in Ravennati p. 275 v. 12 sub forma „Lasinon“, apud Guidonem p. 479 v. 22 sub forma „Lasium“.

Prorsus incongrue legitur apud Guidonem p. 493 v. 10 „Sequitur omnium nobilior ... Italia“, cum hucusque nihil aliud nisi Italiam ipsam descripserit.

Liber provinciarum Italiae, a Guidone ex Pauli Diaconi historia Langobardica deprom-

ptus, ideoque a nobis omissus (p. 494 v. 7), de sedecim Italiae provinciis agit, sed alia Italiae divisio in octodecim provincias ad mentem Ravennatis paullo infra (p. 501 v. 7) a Guidone proponitur.

In enumerandis Africae civitatibus p. 520 v. 10 septem nomina a Guidone omissa, quae tamen apud Ravennatem leguntur, in Guidonis computum adhibentur.

Ex his et similibus indolem Guidonis minus genuinam esse apparet, et Ravennatem ne Italiae quidem descriptionem ex eo hausisse intelligitur. quare ea tantum e Guidonis libro, quae ad Ravennatem spectant, non omnem farraginem a Guidone consarcinatam lectoribus proponere satius habuimus.

In rebus geographicis explicandis id egimus ut, quae Itinerariis et Tabulae Peutingeranae cum Ravennati communia essent, indicaremus omnia, ex reliquis auctoribus ea tantum quae idonea viderentur. Guidonis nonnisi eas particulas, quae in Ravennati dedesiderantur, notis illustravimus.

Maris Adriatici descriptionem, ad mentem Ravennatis confectam et multiplici doctrina

**

refertam, benignissime in usus nostros, cum Tergeste venissemus a. 1854, nobis concessit Petrus Kandler.

Tabulam geographicam, Henrici Kieperti manu peritissima delineatam, lectoribus gratam fore speramus.

BEROLINI, mense Augusto
MDCCCLX.

NOTARVM EXPLICATIO.

A	Ravennatis codex Vaticanus Urbinas 961.
B	Ravennatis codex Parisinus bibl. imp. 4794.
C	Ravennatis codex Basiliensis F. V. 6.
Porch.	editio Porcheronis 1688.
Gron. 1.	editio Iacobi Gronovii 1696.
Gron. 2.	editio Abrahami Gronovii 1722.
editi	Porch. Gron. 1. 2.
b et G^b	Guidonis codex Bruxellensis.
f et G^f	Guidonis codex Florentinus.
m et G^m	Guidonis codex Mediolanensis.
r et G^r	Guidonis codex Romanus.
v et G^v	Guidonis codex Vindobonensis.
G	omnes Guidonis codices.
Maz.	De Roma prisca et nova varii auctores. Romae ex aedibus Iacobi Mazochii 1523. 4to.

RAVENNAS COMPARATVR CVM GVIDONE.

RAVENNAS		GVIDO
II, 20. 21, p. 114 5 — 116 16	=	c. 120. 121, p. 547 1 — 549 6
III, 12, p. 165 11 — 166 2	=	- 122, p. 549 7 — 12
- -, p. 166 11 — 17	=	- -, p. 549 12 — 550 1
- -, p. 167 1 — 14	=	- 123, p. 550 5 — 15
IV, 1, p. 168 1 — 14	=	- 125, p. 551 15 — 552 7
- 11, p. 200 5 — 12	=	- 126, p. 552 15 — 553 4
- 12, p. 201 4 — 202 7	=	- 127. 128, p. 553 16 — 554 [illegible]
- 29, p. 247 7 — 249 9	=	- 66 — 68, p. 501 9 — 504 11
- 30 — 36 p. 249 10 — 287 17	=	- 11 — 53, p. 456 8 — 490 10
- 37. 38, p. 292 4 — 295 1	=	- 5 — 9, p. 453 4 — 455 16
- 45, p. 322 1 — 323 2	=	- 130, p. 555 9 — 556 6
- 46, p. 323 7 — 324 4	=	- 124, p. 550 17 — 551 13
- -, p. 324 7 — 11	=	- 125, p. 552 7 — 14
- -, p. 324 11 — 14	=	- 126, p. 553 6 — 8
- -, p. 324 14 — 325 5	=	- 129, p. 555 1 — 8
V, 1, p. 325 6 — 13	=	- 4, p. 452 1 — 453 8 et
		- 69, p. 504 14 — 19
- 1 — 16, p. 326 1 — 386 9	=	- 69 — 119, p. 504 20 — 546 2
- 23, p. 402 9 — 404 19	=	- 58 — 61, p. 495 11 — 498 11
- 26, p. 411 3 — 412 18	=	- 64. 65, p. 499 19 — 501 4
- 27, p. 413 8 — 12	=	- 63, p. 499 5 — 9

GVIDO COMPARATVR CVM RAVENNATI.

GVIDO		RAVENNAS
4, p. 452 1 — 453 8	=	V, 1, p. 325 6 — 13
5 — 9, p. 453 4 — 455 16	=	IV, 37. 38, p. 292 4 — 295 1
11 — 53, p. 456 8 — 490 10	=	- 30 — 36, p. 249 10 — 287 17
58 — 61, p. 495 11 — 498 11	=	V, 23, p. 402 9 — 404 19
63, p. 499 5 — 9	=	- 27, p. 413 8 — 12
64. 65, p. 499 19 — 501 4	=	- 26, p. 411 3 — 412 18
66 — 68, p. 501 9 — 504 11	=	IV, 29, p. 247 7 — 249 9
69 — 119, p. 504 20 — 546 23	=	V, 1 — 16, p. 326 1 — 386 9
120. 121, p. 547 1 — 549 6	=	II, 20. 21, p. 114 5 — 116 16
122, p. 549 7 — 12	=	III, 12, p. 165 11 — 166 2
- , p. 549 12 — 550 1	=	- - , p. 166 11 — 17
123, p. 550 5 — 15	=	- - , p. 167 1 — 14
124, p. 550 17 — 551 13	=	IV, 46, p. 323 7 — 324 4
125, p. 551 15 — 552 7	=	- 1, p. 168 1 — 14
- , p. 552 7 — 14	=	- 46, p. 324 7 — 11
126, p. 552 15 — 553 4	=	- 11, p. 200 5 — 12
- , p. 553 6 — 8	=	- 46, p. 324 11 — 14
127. 128, p. 553 16 — 554 20	=	- 12, p. 201 4 — 202 7
129, p. 555 1 — 8	=	- 46, p. 324 14 — 325 5
130, p. 555 9 — 556 6	=	- 45, p. 322 1 — 323 2

RAVENNATIS ANONYMI
COSMOGRAPHIA.

1 **I 1.** Sub dei qui militant imperio, eius
2 legem observare iniant et beatae atque
3 infinitae gloriae perfrui bono desiderant,
4 si sine dolo mentis et absque hypocrisi
5 caritatem proximis suis impendunt, ut ab
6 ipso, qui caelorum possidet sceptra et
7 terrarum continet regna, frequentius am-
8 monentur, et gratis dare omnibus peten-
9 tibus, sicut acceperunt ab ipso deo et
10 salvatore nostro, vehementius praestantur.
11 Quam ob rem, o mi frater carissime,
12 postquam divina aspiratione praeditus me
13 compelleres ut ego per pallidines subti-

Ante versum 1 *A haec habet* In hoc corpore continetur chosmographya et romanorum ystoria. 2 inhiant *editi.* 4 ypocrisi *A*, hypocresi *B.* 5 karitatem *A.* 6 celorum *B hic et infra.* || septra *B.* 7 frequencius *B.* || admonentur *editi.* 11 o mi frater carissime] *cf. 1 13, ubi* „o amice" *et* „Odocare". || carissime] kme *B.* 12 posquam *B.* || adspiratione *Gron. 2.* || me conpelleres *B*, compelleres me *A.*

1 lius tibi indicem mundum, recordari de-
2 bes quod ait in sanctis scripturis domi-
3 nus dicens „ubi eras quando ponebam
4 fundamenta terrae? indica mihi, si habes
5 intelligentiam. quis posuit mensuras eius,
6 si nosti, vel quis tetendit super eam li-
7 neam?“ et alibi „altitudinem caeli et la-
8 titudinem terrae et profundum abyssi quis
9 mensus est?“ sed tantum cum propheta
10 clamemus „quam magnificata sunt opera
11 tua, domine! omnia in sapientia fecisti.“
12 nam quod apud humanum sensum possi-
13 bile est, multorum philosophorum relegi
14 libros Christo iuvante in quantum valeo:
15 aio tibi, licet in India genitus non sim
16 neque alitus in Scotia neque perambula-
17 verim Mauritaniam simul nec perscrutatus
18 sim Scythiam aut per quadrigines ambu-
19 laverim mundi, attamen intellectuali doc-
20 trina imbui totum mundum diversarum-
21 que gentium habitationes, sicut in eorum

1 indicem] inditem *B*, in cladē *A*. ‖ debes] iubes *B* *editi*. 3 dicens] *Iob 38 4 5*. 6 tetendit] te tenebit *B*. ‖ eam] illam *editi*. 7 alibi] *Ecclesiastici 1 2*. 9 tantum] tamen *editi*. ‖ propheta] *Psalm. 103 24*. 13 phylosophorum *AB*, *qui sic solent*. 15 aio *om. A*. 16 alitus] aliquid *A*. ‖ perambulauissem *A*. 17 maritaniam *B*. 18 sycthiam *A*, scithiam *B*. 19 *post* attamen *Porch. addit* ab. 20 imbuti *AB*, imbutis *Porch.* ‖ totus mundus *Porch.*

1 libris sub multorum imperatorum tempo-
2 ribus mundus iste descriptus est. sic
3 enim ait quidam philosophorum „Romani
4 tam per sapientiam plurimos amplectentes
5 quam muneribus oblectantes seu armis
6 debellantes totum mundum sibi subditum
7 multis fecerunt temporibus.“ quod et te-
8 statur mihi sanctum Christi dei nostri
9 evangelium dicens „exiit edictum ab Au-
10 gusto Caesare ut describeretur universus
11 orbis.“ sed et doctrina sanctorum apo-
12 stolorum per totum dívulgata est mun-
13 dum, quemadmodum scriptum est „in
14 omnem terram exivit sonus eorum et in
15 fines orbis terrae verba eorum.“ nam ut
16 praelibatum est, Christo nos iuvante di-
17 versa subtilius ad narrandum tuae ius-
18 sioni parebo, ni fallor, nisi variae gentes
19 sua prae nimia superbia concupiscentes
20 alienas aut meliores patrias aut fortasse
21 ab aliis nationibus graviter afflictae a
22 propriis cespitibus transmetatae sunt et,

1 *post* libris *Porch. addit* [legimus]. 2 sic] sicut *A.* 3 Romani] „Romani, ut ait Iamblichus, armis et legibus exercentes sese, orbem terrae suum fecerunt“ *Iordan. de regn. success. 1.* 7 et testatur mihi] testatur et *B editi.* 8 nostri *om. B editi.* 9 evangelium] *Luc. 2 1.* 11 et *om. B editi.* 13 scriptum est] *Psalm. 18 5.* 19 prae] pro *B.* 22 caespitibus *editi.* || transmeatae *Porch.*

1 ut barbarus mos est, forsitan ut olim no-
2 minatae sunt patriae civitates vel flumina,
3 nuper aliter appellentur.
4 Sed ut ad propositum redeamus: omni-
5 bus sapientibus cognitum est quod uni-
6 versitatis bonus opifex Christus dominus
7 noster omnipotens ex nihilo condidit cun-
8 cta fecitque luminaria magna ad ornamen-
9 tum Olympi, per quae solertissimi viri
10 creatoris iussu momenta et tempora sup-
11 putare possunt. ergo dum sol totam diem
12 per meridianum marginem potentissimi
13 iussu factoris exambulat, unamquamque
14 horam diei verno tempore tanquam ho-
15 rologium ordinem suum per occursum de-
16 signat, possumus arbitrari universarum
17 gentium patrias per magnum circuitum
18 intransmeabilis Oceani litore positas, et
19 Christo nobis auxiliante subtilius desi-
20 gnare.
21 **2.** Prima ut hora diei Indorum repe-
22 riuntur prosapiae, quorum post terga ad
23 orientalem plagam tanquam ex latere pro-
24 ximus solus intransmeabilis eremus reia-

2 sunt *om. A.* 7 nichilo *AB.* 10 tepora *B.* || supare *AB.* 12 potentissime *B.* 18 occeani *AB, et sic passim.* || littore *A.* 21 ut] ât *A.* 23 proximos *A.* 24 solum *A.* || heremus *A.*

1 cet, qui apud humanos gressus nullo modo
2 totus perambulari invenitur. nam ad fron-
3 tem eiusdem Indiae Persae inferiores, id
4 est Parthi, convicinantur, sed et aliae na-
5 tiones eidem Indiae appropinquantes; in-
6 ter quas et Agarenorum transit brevi ere-
7 mum Madian Nabathaei olitana patria.
8 Secunda ut hora diei Persarum est pa-
9 tria, in qua ex Oceano summae partis me-
10 ridianae pertinens maximus sinus Persicus
11 ascribitur.
12 Tertia ut hora diei Araborum quae
13 aromata profert est patria, in qua ex
14 Oceano meridiano pertinens maximus si-
15 nus, qui et mare Rubrum conscribitur,
16 Arabicus esse dicitur.
17 Quarta ut hora diei Aethiopum Auxu-
18 mitanorum Candacissi et Troglodytorum
19 est patria; in qua iuxta deserta et are-
20 nosa loca, quae non longe ab Oceano
21 sita sunt, maximus lacus invenitur Nu-
22 saclis, per quem transit fluvius Nilus.

1 qui *om. A.* **2** inuenietur *A.* **3** persi *A.* **6** agarienorum *A.* || brevis *editi.* || heremum *A,* eremus *editi.* **7** olithana *A.* **9** partis] patras *A.* **11** adscribitur *A Gron. 2.* **17** ethyopum *AB, et sic saepius.* || aut suminatanorum *AB.* **18** triagliodytorum *A,* trogliodytorum *B.* **21** *ante* maximus *B et editi addunt* et. || Nusaclis] nusap .. *Tab.* **22** per quem transit fluvius Nilus] per quem Nilus transit *Tab.*

1 qui Aethiopes plerique dracone vescun-
2 tur, ut testatur psalmigraphus. cuius pa-
3 triae ad frontem, ut ad mare magnum di-
4 camus, grandis eremus, qui et Nitrensis
5 dicitur, reiacet, et postmodum spatiosa
6 Aegyptus et Alexandria famosissima.
7 Quinta ut hora diei Aethiopia Gara-
8 mantium reiacet; in qua patria non longe
9 ab Oceano fluvius qui dicitur Ger dila-
10 tissimus currit. in qua patria sunt montes
11 qui Naubaboni appellantur. in qua Ae-
12 thiopia est lacus qui dicitur Licumedis,
13 simulque lacus qui dicitur Augitta. cuius
14 Garamantium patriae ad frontem, multis
15 prae medio spatiis, id est litus maris
16 magni, Mauritaniae Cyrenensis ponitur
17 patria.
18 **3.** Sexta ut hora diei Aethiopia Bibo-
19 blatis ponitur, ubi est lacus qui dicitur
20 Tage. quae patria dum multum existit

1 draconebus *A*. 2 psalmigraphus] *Psalm. 73 14.* 4 qui] quae *editi.* 5 spetiosas *A*. 6 egyptus *AB*, *qui sic solent.* 9 Ger] *Γεὶρ Ptol.* 11 Naubaboni] *infra III 3* Nauvavon, *aliis ignoti.* 12 Lycumedis *editi; cf. infra III 3, ubi* „Licum et“. 13 laccus' *A*. || Augita *infra III 3.* 15 *post* medio *AB addunt* est et || espatiis *B*. || id est] idem *AB editi.* 16 ponitur patria] ponitrie *A*. 17 patrie *B*. 18 biblatis *A*. 20 Tagges *infra III 5*; *aliis ignotus.* || multorum *AB*.

1 caumosa, litus Oceani spatiosissimum de-
2 sertum habet. in qua patria sunt montes
3 qui dicuntur Tuliatodi. in qua patria
4 litus Oceani item fluvius Ger turbulentus
5 currit. cuius Biboblatis spatiosissimae
6 patriae ad frontem, immensis prae medio
7 spatiis, ut dicamus litus maris magni,
8 tota Africana ponitur regio et Numidia
9 atque Mauritania Caesariensis.

10 Septima ut hora diei Mauritania ascri-
11 bitur Perosis vel patria salinarum. in
12 qua patria iterum maxima caumata esse
13 videntur; in qua maximum deserti spa-
14 tium est et montes qui dicuntur Litri.
15 post terga patriae procul infra Oceanum
16 tres magnae insulae inveniuntur. cuius
17 a fronte patriae, multa prae medio spatia,
18 id est litus maris magni, Mauritania ascri-
19 bitur Tingitana, quae confinalis existit
20 supra scriptae Mauritaniae Caesariensis.

1 caumatosa *A*, *qui infra III 5* caumosa. 3 niliatodi *A*, *qui infra III 5* rulliatodi; *aliis ignoti.* || patria *om. B editi.* 5 spaciosissime *B.* 8 affricana *AB*, *cf. 8 13.* 10 adscribitur *B editi.* 11 Perosis] Perorsi *Plinio*, *Πεϱόϱσοι Ptolemaeo gens Mauretaniae; infra V 28* Peras. || salinarum] *cf. III 9.* 12 iterum *om. A.* 14 Litri] litricus *B*, Lutricus *editi.* 16 insulae] *cf. III 9.* 18 *post* magni *AB editi addunt* in. || adscribitur *editi.* 20 super *B.* || cesariensi *A.*

1 Octava ut hora diei Mauritania dicitur
2 Egel. in qua patria iuxta sinum Oceani
3 sunt montes et ardere ascribuntur. in
4 qua patria litus ipsius Oceani sunt mon-
5 tes qui appellantur Bracae. cuius pa-
6 triae ad frontem per multorum miliario-
7 rum spatia, id est litus maris magni, Mau-
8 ritania quae dicitur Gaditana ponitur;
9 quae Gaditana barbaro modo Abrida di-
10 citur. quae litus maris magni confinalis
11 existit praelatae Mauritaniae Tingitanae.
12 in qua Gaditana patria gens Wandalo-
13 rum a Belisario devicta in Africam fugit
14 et nunquam comparuit. cuius Gaditanae
15 patriae proximum fretum Septemgaditanus
16 esse scribitur.
17 Nona ut hora diei Spanorum famo-
18 sissima est patria.
19 Decima ut hora diei Galletiae vel Spa-

2 Egel] *aliis incognita.* 3 adscribuntur *editi.* 5 qui] que *B.* || Bracae] brace *B, infra III 10* Praxe. 6 per *om. editi.* || milliariorum *editi qui sic solent.* 9 Abrida] *aliis ignota.* 10 litus] litus est *A,* litus patrie *B,* patria litus *editi.* 11 praelatae] *sic AB hic ut infra saepius,* praefatae *editi.* || mauritanae *A.* 12 vandalorum *A,* uuandolorum *B; cf. III 11.* 13 affricam *AB, qui infra non raro* Africam *habent.* || fugiit *B.* 14 numquam *editi,* nusquam *III 11.* 16 adscribitur *editi.* 19 gallecie *A,* gallitiae *B editi; infra IV 42* Calletia.

1 niae Vasconum est patria; quae Galletia
2 ex praedicta Spania pertinet.
3 Undecima ut hora diei Vasconum est
4 patria, quae antiquitus Aquitania dice-
5 batur.
6 Duodecima ut hora diei Britonum est
7 patria; cuius post terga infra Oceanum,
8 ubi longius est duorum dierum cum suis
9 noctibus prospere navigantibus iter, magna
10 insula Brittania reiacet, quam Graecorum
11 philosophi quasi micosmin appellant. et
12 trans ipsam Brittaniam trecentis miliariis
13 spatiis, ubi longius, Scotorum insula in-
14 venitur, quae et Ybernia conscribitur.
15 nam iam ultra illam, ut ad occidentalem
16 dicamus plagam, nullo modo ab homini-
17 bus terra invenitur.
18 **4.** Itaque per totas duodecim quas si-
19 gnavimus horas diei patrias iussu dei qui
20 producit ventos de thesauris suis flant

1 guasconum *A.* || gallitia *B editi.* 6 briptonum *A.* 9 notibus *B.* 10 Britannia *editi.* 11 micosmin] *i. e.* ἡμικόσμιον. *cf. V 31, ubi* quasi micosmí. „nisi Britannia insula non qualibet amplitudine nomen pene orbis alterius mereretur“ *Solin. 22 p. 41 Salm. — similiter apud Plinium (4 13 27) Scandinavia insula* alter orbis terrarum *appellatur.* 12 britaniam *B*, Britanniam *editi.* || miliaribus *A*, milliariis *editi.* 13 ubi longius *etc.*] *cf. V 32.* 14 Hibernia *editi.* 18 duodecim *om. Porch.* 19 horis *editi, cf. I 13.*

1 venti sex. si quis vero dicere voluerit
2 quod inerudito more arbitratum est per
3 singulas horas diei patriae, quia, quam-
4 vis in prima hora diei sol quasi super
5 Indorum stare supputetur patria, attamen
6 in eadem prima hora diei in totum re-
7 spicit mundum: ad quae respondemus
8 quia verum est quod, quando in prima
9 hora diei sol quasi super Indorum respi-
10 cere supputatur patriam, per universum
11 nitescit mundum, non solum in prima
12 hora sed et per totas duodecim horas
13 diei; sed et quando in duodecima hora
14 diei sol quasi super Scotorum aestimatur
15 esse patria, et trans ipsam Scotiam et
16 trans extremam Indiam et in totum per
17 quadrigines mundi, sicque, quanto Deus
18 scit, trans totum orbem sol quod respi-
19 ciat credendum est. sed ut diximus ar-
20 bitrandum est in quo loco quasi sol stet,
21 sicut in divina scriptura continetur „tunc
22 locutus est Iosue Nave domino in die
23 qua tradidit Amorreum in conspectu filio-
24 rum Israël; dixit coram eis: sol contra

10 patria *editi*. 15 sotiam *A*. 17 quadrigenes *A*. || sitque *AB editi*. 21 scriptara *B*; *cf. Iosue 10 12*. 22 Iosue] Iesus *editi*. 23 *post* tradidit *B add*. et. || Amorrhaeum *editi*. || conspetum *B*.

1 Gabaon ne movearis, et luna contra val-
2 lem Achilon." o solertissimi viri, nonne
3 tandem, quando sol contra locum Ga-
4 baonitarum stetit, non respiciebat in toto
5 mundo? et si talis dei famulus ut sol a
6 nominato loco nec moveri arbitratus est,
7 quid prohibet per singulas horas diei ar-
8 bitrare quod quasi super diversas, ut di-
9 ctum est, respiciendum supputetur pa-
10 trias? et si per horologium, quod in me-
11 tallo designatur modicum, totam diem per
12 horarum supputationes diligentius discer-
13 nimus, quanto magis prudentes viri totum
14 ut ros herophormum arbitrantes mundum
15 possunt subtilius quae ponuntur patriae
16 in universo mundo circa Oceani limbum
17 per totas horas, ut dictum est, supputare.
18 **5.** Et si forsitan ex contentionariis
19 quispiam ingerere voluerit, asserens quo-
20 modo credendum quod prima hora diei
21 sol statim in Indorum respiciat patriam,
22 maxime cum dictum est quia intransmea-
23 bilis eremus post terga eiusdem Indiae

2 aquilon *A*, Aialon *Bibliorum versio vulgata*. 5 *post* famulus *Porch. addit* [obtinuit]. 7 arbitrari *editi*. 9 respitiendum *A*, respiciens *editi*. 10 et] quis *A*. 12 supputatones *B*. 14 ros herophormum] sphairophormum *Renaudot*. 23 eidem *B*.

1 extendatur, et proinde arbitrandum est
2 quia prae valida longinquitate praedictae
3 eremi sol moras usque in Indiam venien-
4 dum facit, cum omnibus palam est quod
5 ultra fines terrarum oritur vel ponitur
6 sol: ad quos dicimus quomodo verbi gratia
7 stat homo in Scotia, ubi iam terra ultra
8 nullo modo invenitur apud humanos ocu-
9 los, ei comparet quod certissime duode-
10 cim horas diei expleat et propinquus sol
11 collocetur; et si inerudito more pergens
12 itinere hic investigator finem occasus solis
13 exquisierit, nequaquam invenire putet,
14 quia tantummodo creatori omnium co-
15 gnitum est; pari modo et orientalem pla-
16 gam arbitrandum est, quia ex latere orien-
17 tali, quamvis dictum sit quod post terga
18 eidem Indiae intransmeabilis existat ere-
19 mus, sicuti et in Scotia duodecima hora
20 diei explicita supputatur, quia, ut dixi-
21 mus, post terga Britaniae adiacet, quam-
22 vis post eandem Scotiam ab humanis obtu-

1 proin *editi.* 2 prae] pro *B.* 3 in *om. B editi.* || veniendo *editi.* 8 occulos *B.* 11 si inerudito] sine rutido *AB editi; cf. 10 2 ubi* inerudito more. || morae *editi.* 12 hic] his *AB editi.* || *post* hic *editi addunt* si. 16 orientalis *B editi.* 18 eiusdem *editi.* 21 Britanniae *editi.* 22 post] per *editi.* || eamdem *editi.* || optutibus *B.*

1 tibus infinitus Oceanus esse dignoscitur.
2 nam plerique sancti patres et nonnulli hu-
3 ius mundi philosophi scripserunt quod
4 Transindorum vel Britonum regionibus
5 oritur vel ponitur sol. quod testatur mihi
6 sanctus Basilius Caesariae Cappadociae
7 episcopus in suo Exameron, sed et san-
8 ctus Ysidorus Ispalensis. nam Liginius
9 et Cathon atque Iamblichus huius mundi
10 philosophi in suis expositionibus decre-
11 verunt quod verno tempore Transindorum
12 vel Britonum regionibus oritur vel po-
13 nitur sol.
14 **6.** Et si forsitan aliquis nostram ex-
15 positionem renuens cosmographis credi-
16 derit, qui cunctam quasi Orientis plagam
17 descripserunt et etiam Oceanum vel iuxta
18 limbum eius sita loca et regiones quasi
19 minutius nominatim designaverunt, quod
20 omnibus Christianis dicere illicitum est,

1 dinoscitur *A.* 4 regiones *A.* 5 mihi sanctus] in sanctis *editi.* 6 baxilius *B.* ‖ Caesareae *editi.* ‖ cappadotie *B.* 7 Hexameron *editi; 6 9.* ‖ et *om. editi.* ‖ santus *A.* 8 Isidorus *editi.* ‖ Ispalensis] yspanensis *B,* Yspaniensis *editi.* ‖ Ligmius *Porch. Gron. 2.* 9 crathon *A.* ‖ laniblichus *B,* Iamblicus *editi.* 11 trans yndorum *A.* 12 britonorum *B.* ‖ regiones *A.* 14 si *om. B editi.* 17 iusta *A.* 19 minutius] minimus *B Porch.,* minimas *Gron. 1. 2.* ‖ quod] quo *AB editi.* ‖ *ante* quod *editi addunt* ex, *om. A, punctis delet B.* 20 illicitum] mihi licitum *A.*

1 quia, ut plerique philosophi decreverunt,
2 nulli homini permissum est post terga
3 Indiae, quae dicitur Dimirice Evila, Ocea-
4 num reperire; quod et credimus, quia cer-
5 tissime ita veritas esse probatur: nam
6 sicut praemisimus, si aliquis eisdem cos-
7 mographis magis quam nostrae exposi-
8 tioni crediderit, quod tantus Oriens ab
9 hominibus Oceano circumseptus peram-
10 buletur et nominatim describatur: ad quos
11 dicimus, ergo ubi est ille immortalitatis
12 suavissimus paradisus, qui in sancta scri-
13 ptura ad Orientem esse describitur, in
14 quo noster protoplastus ab angue suasus
15 pessimo factoris iussum spernens renuit
16 vitam exulque effectus necem meruit pro-
17 prio arbitrio?
18 Quam ob rem nos credimus quod trans
19 Indorum Dimiricam Evilat patriam in-
20 transmeabilem ab hominum itinere ad
21 orientalem plagam ipse paradisus esse

3 Damirice *et* Scytia Dymirice *Tab.*, *Λιμυρική Arrian.* ‖ eiula *B*, Evilath *editi*, Hevilath *Genesis 2 11.* 5 probat *editi.* 8 quod] quo *AB.* ‖ tantum *A*, tantam *B*, totum *editi.* ‖ orientem *AB.* 9 circumseptam *B*, circumsc'ptam *A*, circumseptum *editi.* 11 imortalitatis *B.* 14 protoplaustus *A.* 15 pessimus *B*, pessime *editi.* 18 trans-Indorum *editi*; *cf. I 8* eremum quae est trans totam Indiam. 19 dimiricum *B editi.* ‖ eiulat *B.* ‖ patria *A.* 21 horientalem *B.*

1 ostenditur, sicut hic testatur mihi san-
2 ctus Athanasius Alexandriae episcopus
3 ab Antiocho exquisitus praeside dicens
4 „testificatur mihi sancta scriptura dicens
5 quod plantavit deus paradisum in Eden
6 ad Orientem: docet enim nos quia in ex-
7 trema Orientis totius terrae est paradisus.
8 quam ob rem aiunt quidam disertissimi
9 historiographi quoniam propterea cuncta
10 ambrosiifera gignuntur sicut proxima pa-
11 radisi existit provincia. et quemadmo-
12 dum palmae masculi proxime vicinantes
13 feminas palmas per aspirationem vento-
14 rum fructificare faciunt, ita videlicet ex
15 paradiso ventorum flatibus flagrans aspi-
16 ratio vicinantium sibi locorum arbores
17 aromata gignere facit.“
18 Taleque testimonium quod ipse existit

1 ostendit *A*, hostenditur *B*. ‖ mihi sanctus] in sanctis *editi*. 2 athanaxius *B*. 3 exquisivit *AB*. ‖ dicens *om*. *A*. 5 in Eden] in^e^dem *A*. 7 tocius *B*. ‖ paradysus *A*. 9 istoriographi *A*, ystoriographi *B*. 10 ambroxiifera *B*, aromatum genera *editi*. ‖ *post* gignuntur *editi addunt* in Magis orientalibus hoc est Indicis partibus, *sumpta ex graecis Athanasii περὶ τὰ ἀνατολικώτερα ἤγουν τὰ Ἰνδικὰ μέρη, Athan: Operum II p. 228 A Patavii 1777 fol.* ‖ sicuti *A*. 11 prouintia *B*. 12 masculi proxime] maximi proxima *AB*. 13 palmas *om*. *A*. ‖ adspirationem *Gron*. *2*. 14 faciunt] nesciunt *A*. 15 flagrans] *an* fragrans? ‖ adspiratio *Gron*. *2*. 17 faciunt *B editi*. 18 extitit *A*.

1 fluvius. nos quippe dicimus quod omnia
2 flumina ex terra in mare sua effundunt
3 fluenta: nam nullo modo de mari in ter-
4 ram ab humanis obtutibus procedere vi-
5 dentur, excepto reumaticam accessam.
6 quod omnibus palam est. sed illis re-
7 sponditur quomodo legimus de fonte Are-
8 thusa. illud vero quod in sacra scriptura
9 insertum est et eius similia, quod ex alio
10 fonte de alia insula mare per medium
11 aqua cursum dat, quod multis modis pro-
12 batum est, et quia omni modo hoc ab
13 omnipotenti potest fieri domino, quod
14 omnia flumina intrant in mare et mare
15 non redundat, in locum unde exeunt flu-
16 mina revertuntur ut iterum fluant, pro
17 certo verum est: sed nullo modo ab hu-
18 manis videtur obtutibus.
19 7. Et si aliquis ignoranter dixerit quia
20 ille homo forsitan, qui usque in extre-
21 mum Orientis Oceanum ambulavit, illum
22 nobilissimum invenit paradisum suisque
23 pedibus perambulavit, sed fortasse dei

1 *ante* fluvius *lacuna?* 3 de mari] maria *Porch.* 6 quod .... responditur *om. Porch.* ‖ respondetur *editi.* 7 quomodo] quod *editi.* ‖ arethus *A.* 10 fronte *B.* 11 cursum] crucem *AB.* 14—16 omnia .... fluant] *Ecclesiastae 1 7.* 18 optutibus *B.* 19 dixerit *om. Porch.* 20 qui usque] cuiusque *A.* 23 set *A.*

1 iussu ab oculis eius absconsum est ipse
2 locus quo existeret paradisus, et nisi ar-
3 bitrabatur eum esse velut unum de aliis
4 locis (nam ipse erat certissime paradisus):
5 et ad quem respondemus, hoc etiam si in
6 humana mente assederit, velut unam de
7 iniquis cogitationibus esse decernimus,
8 quod corruptibilis missus fuerat homo
9 aut sponte perambulans suis corporali-
10 bus oculis potuisset vel modo possit
11 nobilissimum videre paradisum aut pol-
12 lutis terram sanctam perambulare pedi-
13 bus. plurimi enim quasi cosmographi sub
14 paganorum tempore, ante quam gens Ro-
15 manorum potestatem dominandi accepis-
16 set saeculum, non dicimus quod totum
17 mundum, nam orientalem, ante quam Chri-
18 sti dei nostri de incorrupto virginis utero
19 corporalis fuisset praesentia, ante, orien-
20 talem plagam descripserunt ut dictum
21 est. et ubi fuit ille gladius versatilis,
22 qui dei iussu usque ad incarnationem

1 occulis *B.* || ipse locus quo] ipse locus *B*, quod ipse locus *editi.* 4 certissime] certe *B editi.* 8 *post* quod *editi addunt* qui. || corruptibilibus *editi.* || hominibus *AB editi; cf. 18 2 et 14.* 10 occulis *B.* 11 polutis *B.* 13 enim *om. A.* || asmographi *AB editi; cf. 13 15.* 14 temporibus *editi.* 15 accepissent *B.* 22 incarnationis?

1 eius adventum custodiebat paradisum,
2 quando homo corruptibilis carnaliter po-
3 tuit in ipsum ingredi paradisum? nos non
4 dicimus quod iustorum, quorum deus iu-
5 bet, animae non ingrediantur in paradi-
6 sum, sicut credimus illius latronis fide-
7 lissimi, ad quem ait Christus deus noster
8 omnipotens, qui tantummodo carne cru-
9 cifixus est, hodie mecum eris in para-
10 diso; sed dicimus quia, si ex peccatis
11 anima peccatoris omnimodo ingredi pro-
12 hibetur in paradisum, quanto magis au-
13 tem a terreno missi domino aut sponte
14 homo peccator corporaliter ambulans dei
15 iussu ipsum ingredi prohibeatur in pa-
16 radisum.
17 8. Legimus etenim illum magnum re-
18 gem Macedonum Alexandrum, dum per
19 Transindorum patriam eremum diebus
20 perambulasset plurimis, non solum a Stoi-
21 cis ex Indorum genere hominibus sed et
22 a daemonibus, qui etiam nolentes pro-
23 ferre veritatem ut assolent, accepit re-

1 adventus *editi.* 3 in *om. editi.* 5 non *om. editi.* ‖ paradiso *A.* 9 hodie] *Luc. 23 43.* 10 set *A.* ‖ quia si] quasi *B.* 15 ipsum] in ipsum *AB.* 18 per *om. editi.* 19 transyndorum *A.* 22 nollentes *B.* 23 assolet *A.*

1 sponsum isdem Alexander quod infinita
2 apud humanos gressus illa existeret ere-
3 mus, et ideo quasi ad propria remean-
4 dum ipse regrediebatur Alexander. sed
5 et in eodem libro Alexandri, dum de
6 Macedonia propria movit patria Darium-
7 que regem Persarum occidit, deinde Po-
8 rum regem interfecit Indorum, nullo modo
9 invenitur quod Alexander mare transisset
10 et sic usque in eremum quae est trans to-
11 tam Indiam perambulasset, sed magis tam
12 ipse Alexander quamque eius infinitus
13 exercitus equites pedestres cum vectis
14 gladiis in illis ambulasse describuntur
15 partibus. itaque alii fallaces pseudocos-
16 mographi praefata flumina, id est Tigrin
17 et Euphraten, ex montibus Armeniae pro-
18 cessuros historicaverunt. sed et hoc absit
19 quod veritas sit. non ergo in Armenio-
20 rum terra ille suavissimus paradisus esse
21 ostenditur. et quomodo in Oriente pa-
22 radisus esse adscribitur, si in Armenia
23 esse putatur? qui Persae Parthi a super

3 quasi] quidem *editi.* 7 deinde] demum *editi.* || porrum *B.* 12 quamque] *cf. 31 4, IV 12.* || infinitus eius *editi.* 14 ambulasset *B.* 16 praefata] *cf. 16 1, ubi lacuna.* 17 eufraten *AB*; *cf. 20 12 sq.* || montibus] monilibus *A.* 18 istorizauerunt *A,* ystoricaverunt B. 23 Persae] per se *B.* || parti *A.* || a *om. editi.*

1 ipsam ponuntur Armeniam. quae Arme-
2 niorum terra infertilis esse adscribitur,
3 immo magis prae omnibus orientalibus
4 regionibus frigida esse clarificatur, et plus
5 montuosa magis quam plana asseritur. et
6 ubi est locus epulationis ac omni odore
7 suavitatis plenus, sicuti oportet credere
8 quod suavissimus existat paradisus? nos
9 videlicet credimus, sicut sancta scriptura
10 continet, quod ex fluvio qui de paradiso
11 egreditur quatuor flumina, id est Geon
12 Phison Tigris et Euphrates, procedunt
13 per omnia. et plerique gentiles philo-
14 sophi in suis expositionibus decreverunt
15 quod de duobus fluminibus de Transin-
16 dorum patria eremo, de loco investiga-
17 bili, per diversas procedunt patrias. qui
18 ipsi Tigris et Euphrates invisibiliter dis-
19 cerpentes hinc inde terram per immensa
20 miliariorum spatia iuxta Armeniae montes
21 manifestantur; qui postmodum implentes
22 copiosam terram Assyriorum, Mesopota-

5 magis *om. editi.* 9 scriptura] *Genes. 2 10—14.* 11 *ante* quatuor *B add.* sunt. 12 physon *B editi.* || tygris *B.* || eufrates *A.* || procedant *B editi; cf. v. 17.* 16 patriam *A*, patriae *editi.* || eremum *B.* 17 procedant *A.* || qui] quod *B editi.* 18 ipse *editi.* || disserpentes *Porch.* 19 terra *A.* || inmensos *B*, immensorum *editi.* 21 manifestatur *A.* 22 assiriorum *A.*

1 miam luce clarius designant. quamobrem
2 nullus tali expositioni discredat et aliis
3 credat, quod in extremo Oriente, id est
4 post terga intransmeabilis eremi Indiae
5 Dimericae Evilat, Oceanus apud homines
6 inveniatur, atque de meridiano Oceano
7 mare procedat in septentrionalem, divi-
8 dens terram, et mundi dietam designet, vel
9 quod ex Armeniis montibus, quod absit,
10 Tigris et Euphrates exurgat, sed magis
11 magisque quod contra sanctam scripturam
12 apparet totis suis cum nisibus renuat et
13 immaculatam fidem Christianorum alacri
14 animo diebus vitae suae amplectatur, ut
15 ab aeterna dampnatione ereptus caelorum
16 gaudiis perfrui mereatur.
17 **9.** His etenim expletis altercationibus
18 quia opportunum est unde res exigit ut
19 loquamur et nostrum propositum explea-
20 mus septentrionalemque diligentius pla-
21 gam in quo valeamus Christo iuvante
22 enarrare non obmittamus, sicut philoso-

5 dimerice *A*, danierice *B*, Damericae *editi*. ‖ emlat *A*, eiulat *B*, Evilath *editi*. 6 atque] ad quod *AB*. 8 clietam *A*, thetam *B editi*. ‖ designent *AB editi*. 10 tygris *B*. ‖ exsurgat *Gron. 2*. 12 rēnuat *B*. 13 inmaculatam *B*. 15 damnatione *editi*. 17 hiis *B*. ‖ explectis *B*. 18 oportunum *B*. 21 ualemus *A*. 22 obmitamus *B*, omittamus *editi*.

1 phorum coetus inter reliquos suos ser-
2 mones determinat quod sol sub profun-
3 ditate Oceani arctoam partem noctu exam-
4 bulat habentes quasi testimonium sanctae
5 scripturae, quae dixit quod „sol egressus
6 est super terram et Loth ingressus est
7 Segor,“ et alibi „oritur sol et occidit sol
8 et in locum suum ducitur, oriens ipse
9 vadit ad austrum et girat ad aquilonem,“
10 et proponunt quia si aliquis voluerit di-
11 cere quod non dicit sancta scriptura cla-
12 rius quia sub profunditate Oceani vadit
13 sol spatium per nocturnum: ad quos re-
14 spondemus quomodo dictum est quia sol
15 egressus est locis. nam non potuisset
16 sancta scriptura dicere, respexit super
17 terram, si altitudinis non fuisset sermo.
18 nam si dixisset, sol egressus est super
19 terram, significaret quod de profundo sol

1 cetus *B.* 3 arsoam *A*, artoam *B.* 5 quae] quod *B.* ‖ quod] quia *A.* ‖ sol egressus] *Genes. 19 23.* 7 oritur sol *etc.*] *Ecclesiastae 1 5; versio antiqua (Sabatier Bibliorum lat. vers. t. 2 p. 353)* „oritur sol et occidit sol et ad locum suum ducit, et oritur ipse ibi, vadit ad austrum et gyrat ad aquilonem.“ *Augustinus l. 1 de Gen. ad lit. c. 10 n. 21.* „et oritur sol et occidit sol, et in locum suum ducitur, ipse oriens“ etc. *multum differt versio vulg.* 9 gyrat *editi.* 15 est *om. A.* ‖ locis] loos *B*, *om. editi.* 16 sancta *om. A.* 18 dixisset] diversus *B editi.*

1 procedat in superioribus. nam sancta
2 scriptura de hoc capitulo ita proponit.
3 sed et testare sibi de hoc ipso nonnullos
4 mundanos philosophos, inter quos Ligi-
5 nium et Ptolemaeum regem Aegyptiorum
6 ex stirpe Macedonum arctoae partis de-
7 scriptorem, asserunt. sed et Rigilinus,
8 ut dicunt, philosophus ita decrevit.

9 O creatoris inclita
10 et valida potentia,
11 sat mira cuncta quae gessit
12 archana providentia.
13 cuius iussu lux oritur:
14 desistunt statim tenebrae:
15 occumbit Titan: protenus
16 assistunt terrae sedule,
17 nocteque sol igniformus
18 partem arctoam ambulat
19 zozaico itinere
20 ac per immensos latices.

1 *post* nam *B addit* dc. 3 testari *editi.* ‖ de *om. editi.* ‖ ipso nonnullos] ipsum nullos *AB editi.* 4 ligimum *A.* 5 ptolomeum *AB.* 6 arctore *A.* 9 inclyta *editi.* 10 potencia *A.* 12 arcana *editi.* 13 oritur] orta *AB editi.* 15 occubente *AB*, occubante *editi.* ‖ titane prorsus *AB editi.* 16 terrae] tetre *A.* ‖ sedulae *editi.* 17 igniformus] ignis formus *B*, ignis fotuis *A.* 18 arttoam *B*, arcto iam *A.* ‖ ambulabat *A.* 20 immensas *A*, inmensos *B.*

1 Sed o mirandus artifex,
2 qui fecit ut igniformus,
3 cum is sit ortus nimphibus,
4 nunquam exurat latices;
5 a nimphis nec extinguitur,
6 ut, foret ignis, assolet,
7 inlaesus ut permaneat,
8 utique in servitio
9 isdem currens igniformus
10 iussum factoris peragat.
11 remeans unde oritur
12 rursus refulget sedule.

13 Nam alii philosophi et prudentes viri
14 dixerunt quod in arctoam partem infra
15 Oceani mare innumerabili spatio atque
16 investigabili itinere dei iussu maximi sunt
17 montes, post quos, quando sol occasum
18 accipit, totam perambulat noctem, usque
19 dum rediens secundum suum tempus mane
20 post ipsos montes iterum hominibus ap-
21 paret, et proinde quotiens luna ex radio
22 solis suo tempore eclipsin patitur.

2 ignis formus *AB*. 3 cum is sit] comisit *AB editi*. ‖ nimfibris *AB editi*. 4 exuret *AB editi*. 5 lymphis *editi*. ‖ extingitur *B*. 6 ignis *om*. *A*. 7 inlesis *AB editi*. 8 utq̄ȝ *AB*, utiquam *editi*. 9 igniformis *A*. 10 iussu *AB editi*. ‖ peragrat *editi*. 13 phylosophy *B*. ‖ et] heo *AB*, hoc *editi*; *cf*. *25 14*. 14 Arctoa parte *editi*. 15 atque *om*. *B editi*. 19 manet *AB*. 21 quoties *editi*. 22 suo] quo *AB editi*. ‖ tenē̈ *B*, tenere *A*, tenem ... *editi*.

1 **10.** Sed et alii philosophi, qui, ut su-
2 pra diximus, eum quasi sub profunditate
3 Oceani ambulaturum dixerunt, dum mul-
4 tas altercationes in suis proposuissent
5 opusculis, et hoc ipsum altercaverunt,
6 dicentes quod vel si alii dicunt quia infra
7 Oceanum innumerabili spatio itineris sint
8 montes post quos sol vadat et cetera, hoc
9 nullo modo veritas est, quia Oceanus to-
10 tum circuiens mundum, finis eius ulterius
11 dei iussu nullo modo invenitur. et quis
12 vidit suis oculis illos montes? ubi in sancta
13 scriptura esse leguntur? ad quos obvian-
14 tes illi philosophi et prudentes viri re-
15 spondent, et nos ita dicimus, quod Oceani
16 ulterius apud homines finis non invenitur;
17 sed dicimus quia sunt montes creatori
18 cogniti, apud homines inreperti, sublimes
19 atque investigabiles, post quos, ut fati
20 sumus, sol gradiens iterum refulget ho-
21 minibus. nam si quis ex vobis suis vidit
22 oculis quod sol sub profunditate peram-
23 bulet et reliqua, aut ubi hoc in scriptura

1 et *om. editi.* 6 vel si] nꝉi *A.* ‖ quia] quod *B.* 10 circuens *B.* ‖ ultimus *editi.* 11 inuenietur *A.* 12 occulis *B.* 16 ultimus *editi.* 18 cogniti] fuissent *A.* ‖ sublimes] uiles *A.* 19 facti *AB.* 23 aut] at *B editi.*

1 insertum invenistis quodammodo? ad quos
2 iterum obviantes illi alii philosophi dicunt,
3 nos nostris oculis nunquam vidimus, quia
4 nec permittitur a deo humanis videre ob-
5 tutibus: nam in scriptura legimus quod
6 supra diximus quia „sol egressus est super
7 terram et Loth ingressus est Segor.“ igi-
8 tur interrogamus vestram solertiam ut,
9 quid aquae maxime puteorum hyemali
10 tempore sunt calidae? et aestivo tempore
11 noctes minores existunt et sol moras facit
12 per aquas ambulando, ideo calescunt, et
13 hyemali tempore maiores dum existunt
14 noctes celerius sol super aquas transiens
15 eas calefacere non occurrit. quapropter
16 dicitur quod sol sub profunditate aqua-
17 rum dei iussu nocte gradiatur. ego de-
18 nique relinquens aliquas has altercationes
19 dico quod certissime non bene solvo Sa-

